

XXXVII.

Proinde non titularis, sed Verus Iehova Deus. Act. 5.3. Virtus  
e regnum Patri & Filio coessentialis, eandem cum utroq; essentiam,  
singulari tamen subsistendi modo Processione unum obtinens.  
Deus una religione, una fide, cum Patre & Filio coadordanus, &  
conglorificandus in secula.

XXXIX.

Vertant igitur se in omnes formas licet Adversarii, instar Cha-  
maeleonis, tamen tandem in candidum colorem desinant oportet,  
id est, Deum agentem & verum esse Spiritum Sanctum nobiscum  
agnoscant. Act. 20.28. Ro. 8.14. Ut pote Creatorem omnium rerum,  
Psal. 33.6. Diis autem qui non fecerunt cælum & terram perdantur  
è terra, Ier. 10.11. quia, ut est Nhem. 9.6. Tu ipse Domine, solus tu fe-  
cisti cælum, & cælum cælorum, &c. Hic Spiritus sustinet vegetas  
vivificat, & perficit omnia ubiq; diffusus. Psal. 138. 2. Cor. 2. Sap. 1.  
ut Spiritus æternus Heb. 9. Iudex mundi Ioh. 16. fidei largitor 1. Cor.  
6. & fidelium omnium Doctor, Ioh. 16.

XL.

Quæ actiones veram Personam presupponunt, cum actiones  
sint vñsupðwv, & quidem ordine tertiam, sic q; Filio posteriorem, non  
æternitatis gradu, sed dñtaxat origine & ordine juxta Scripturas.  
Qui ergo hanc veritatem adhuc oppugnat, in conscientia convictus,  
Spiritui Sancto intus veritatem docenti in faciem quasi inspuit,  
mendacii crimen ei objicit, & Spiritum gratiæ hic quoq; contume-  
bia afficit. Heb. 10.29. quæ blasphemia non remittetur ei neq; in hoc  
neg; in futuro seculo. Matth. 12.32.

XLI.

Expiœvous vero Spiritus Sancti, tam à Patre quā Filio esse Scri-  
ptura docet. Primū, ubi cum utriusq; Spiritum vocat. Gal. 4.6. De-  
inde ubi afferit eum à Filio nō minus, quam à Patre dari. Ioh. 14.26.  
15.26. Tertio ubi affirmit eū à Filio sapientiā accipere, quā revelet.  
Nam cum Deus sit, non potest quicquā accipere nisi ab eo à quo est.

Postre-